Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



174

leui gerson tertio loco. nouissimus uero omniũ merari. Hec autem
est differentia primi ordinis & secundi & tertii & quarti. quam
primo omnium obseruauimus in numeris. Postea enim qui
ordinate fuerant duodecim tribus p̃ quatuor orbis terrę partes
circa archam testamenti domini. excubias agere & statutę sit
tres quidem tribus ab oriente. tres autem ab affrico uel á meridi
ano. tres autem ad mare quod est ad occidentem. tres uero ad
aquilonem qui est septentrio. ibi etiam istę per quatuor or
bis terrę partes. eodem ordine deputantur: Ab oriente quidem
ubi erat tribus iuda. quę erat inter ceteras prima. aaron atq;
eius filii conlocantur: chaad ũ filii qui erant reliqui. archam
testamenti domini leuare in humeros. & tubis canere statuunt̃
ita ut cũ prima tuba cecinissę. moueretur castra hii qui erant
ab oriente. cum uero secunda cecinissę hii qui erant a meridi
ano consurgerent. tertia ab occidente. quarta ab aquilone.
Ut ides quantus ordo & quanta in scripturis seis rerũ consequen
tia. custodiatur: quomodo nihil nisi modo & ratione & or
dine geritur: Inuenire diligentius. & in omi scriptura hec
ita inuenies ordinata. Sed si tibi difficile est. per omnes libros
uigilantem cordis oculum ducere in hoc saltem loco diligen
tius quę referuntur aduerte. Prima in quit exit sors cha
ad. & facta est filiis aaron sacerdotibus. Qui erant in leuitis.
quibus primam sortem decebat exire. Cui oportebat prima
tus dari. nisi aaron primo pontifici. primo in uitę meritis.
primo in honoribus & uirtute. Certum est apud te nunc satis
quod non sit sors ista fortuita. si assit uirtus superna gu
bernans eam secundum diuinę prouidentię iudicium.